



Universitätsbibliothek Paderborn

Synopsis Magnalium Divi Josephi

Ignatius < a Sancto Francisco >

Leodii, 1684

Sect. 2. D. Iosephus fuit præfiguratus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38500

Christo Domino intelligi, attende ultimam periodum istius Prophetiae *An-tequam puer* (idest Christus Dominus) sciat vocare Patrem suum & Matrem suam auferetur, &c. Igitur puer iste licet de Virgine nasciturus ut dixerat capite praecedenti his verbis: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*, erat habiturus Patrem, ne mpc D. Iosephum: hocque praeostendit Prophetæ Deus, hoc ipse Propheta præcognovit, hoc denique prædictit & prophetavit.

XI. Ex quo loco corroborat probatio precedens n. 7. & 8. Si enim prævidit Iaias Christum ex Matre Virgine nascitum, ut prædictum est c. 7. in his verbis: *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*, &c. Et tamen ipsum habiturum Patrem, ut patet ex hoc loco quem hic versamus, proculdubio in his verbis cap. 62. ubi idem Propheta dicit quod temporibus Christi *Habitabit juvenis cum Virgine*, hos Sanctissimos Conjuges, Patrem, inquam, & Matrem Christi Iesu, Iosephum & Mariam, qui hoc 8. cap. Iaiæ ostensilunt, voluit præcipue & præceteris innuere.

XII. Cum ergo D. Iosephus tam manifestè præostensus fuerit prævisus & prophetizatus, profectò dicendum est & credendum ipsum inter omnes Beatos & Cœlites esse Magnum.

SECTIO II.

Divus Iosephus fuit præfigu-ratus.

XIII. Quod etiam singularissima futurę magnitudinis alicujus sancti nota sit illum antequam existat præfigurari, adumbrari & delincuri, patet, primò ex eo quod dicit Ecclesia de Sanctis Evangelistis quos ipsa censet per quatuor illa animalia famosa de quibus Ezechiel Propheta c. 1. adumbratos: ita enim de his magnificè pronuntiat Ecclesia, *Tuasunt haec Christi opera qui sanctos tuos ita glorificas*, ut etiam dignitatis gloriam in eis futura preire miraculis facias: *tu insignes Evangelii predicatorum*, (idest Evangelistas de quibus hic est quæstio, & qui inter Evangelii precones merito supra omnes censendi sunt insignes,)

Animalium Cœlestium admirabili figurā presignasti: his namque cœlesti munus collatum glorioſis indicis, es dignatus ostendere, hinc laus, hinc gloria tibi resonet in secula.

Patet secundò ex iis quæsolent summi artifices omnes qui habent magnum aliquod ac singulare suæ artis opus exequendum: Hi enim priusquam ad illum procedant efficientiam, primò illum apud se maturè solent deliberare, illud prius in mente sua moliri, & serio animum applicare ad efformandam prius illius ideam quam possunt perfectissimam, secundum quam illud opus suum dirigant, & perducant ad suam perfectionem. Secundò, non illicò & quamprimum in ipsâ materiâ ex qua opus conficiendum est laborare, & illum suum de eo præformatum conceptionum seu ideam exercere, sed prius in aliâ minoris momenti & pretii prosladere, & illius tentamentum in parvâ formâ & vili materiâ facere, ut quæ minus in hoc quadraverint lineamenta in illo suo opere eradere, quæ conve-nitoria addere, quæ congrua apprimè imitari.

Ad eundem modum Spiritus Sanctus, qui per sacrarum oracula Scripturarum majores nobis pandit veritates, accommodans se modulo nostro, quo de rebus magnis judicare solemus & loqui, sciens nos res sic præmeditatas, ac serio ante delineatas & adumbratas magni pendere, illa quorum vult apud nos magnam esse estimationem propo-nit ut objecta singularia suæ præscien-tiæ, ut sic ostendat illa esse tanti meriti, tamqâque prædicta excellentiæ, ut digna via sint quod Deus de illis ab æterno particulariter cogitat, & in quibus ad perfectionem summam ad-ducendis, summam ac extraordinariam adhiberet industriam.

Hoc modo Christus Dominus & Sanctissima Mater ejus in Scripturâ divinâ præfigurati describuntur & adumbrati, utpote in quorum productione & perfectione oculatissima Deiars & sapientia, cuiusque omnipotentia infinita singulariter ac summe enituit. Hoc etiam modo hujus Sponsum castissimum, & illius Patrem amantisimum D. Iosephum antequam esset, præmeditatum,

20 *Synopsis Magnalium D. Josephi,*

præfiguratum & adumbratum fuisse
pronuncio in eâdem Scripturâ, utpote
cujus prædestinatio illorum prædestina-
tioni affinissimasi, in dô implexa; cuius
magnitudo illorû magnitudini maximè
participet, cuius gloria & excellentia
illorum gloriæ suppar & excellentia.

XVII. Dices, Sancti Apostoli & Evangelistæ
fuerunt etiam præfigurati & adumbrati:
Apostoli quidem in duodecim Patriarchis & Tribuum Principibus Genes. cap. 17. & alibi sœpè. In duodecim fontibus Exodi cap. 15, in duodecim bobus sustentantibus mare fusile,
quorum tres respiciebant ad Aquilonem, tres ad Meridiem, tres ad Orientem, & tres ad Occidentem, 3.
Reg. cap. 7. in duodecim leonculis stantibus hinc & hinc super sex gradus
throni Regis Salomonis 3. Reg. cap. 10.
in duodecim portis per quas datur ingreſus in Civitatem cui nomen *Dominus ibidem*: quorum tres ad Septentri-
nem, tres ad plagam Orientalem, tres
ad plagam Meridianam, & tres ad pla-
gam Occidentalem, Ezechielis cap. ul-
timo in fine. Evangelistæ vero in qua-
tuor illis mysticis ac prodigiosis anima-
libus, quæ tam accuratè depingit idem
Ezechiel cap. 1. per totum.

XVIII. Respondeo primò, præter hos post
Jesum, Mariam & Iosepum, nescio an
vel unicus aliis reperiri posset qui
hoc modo præfiguratus fuerit. Hujus
rei causa quæ alia nisi quia hi primitias
Spiritus post Jesum, Mariam & Iosephum
habuerunt? Cum ergo ideo præ-
figurati fuerint inter cæteros, ut per
hoc eorum supra omnes excellentia
appareret, sequitur quod intendimus,
quod scilicet cum D. Iosephus præfigu-
ratus fuerit & adumbratus, quod simi-
liter ex hoc illius magnitudo & excel-
lentia colligenda sit.

XIX. Respondeo secundò magnum esse
discrimen inter hujus & istorum præ-
figurationem seu adumbrationem;
nam illi omnes, id est, omnes Apostoli
numero duodecim, & omnes Evan-
gelistæ qui sunt in numero qua-
ternario, collectivè tantum fuerant
præfigurati locis citatis. Nullus illorum
seorsim: hoc soli post Christum & Ma-
trem ejus Mariam contigit D. Iosepho
uti his suppari, & præterea quia hic

tam multis, tam accuratè, tam distin-
ctè, tam particulariter adumbratus est,
ut certum sit nullum alium simili mo-
do adumbratum reperiri posse. Quod
ex sequentibus patebit.

PROLUDIUM IX.

*Racematio nonnullarum figu-
garum et delineationum Di-
vi Iosephi ex veteri Testa-
mento.*

RACEMATIONEM facio figura-
rum & delineationum D. Jo-
sephi in veteri Testamento
contentarum, non vindemiam, spicilegium,
non messem: Ergo ex multis
hujusmodi figuris, umbris & delineationibus
paucas profero hîc, sed selec-
tores, quibus argumento in prolo-
udio proposito affatim satisfactum sit, quod
è re nostrâ est hîc. Cæteras nec pau-
cas observare poterit Lector in decursu
Operis quibus impleri potuissent pa-
ginæ non pauca, sed nonnisi cum tæ-
dio & repetitione.

Ac primò quidem ut aliquem ordi-
nem servem, ab ipsius nativitate exordi-
or, quæ fuit in gratiâ & cum usu ratio-
nis, ut dicemus infra hac part. tract. 3. In
quo figura ejus fuit antiquus Joseph è
duodecim Patriarchis unus, Filius Jacob
& Rachelis, de quo dicit Scriptura Ec-
clesiastici cap. 49. v. 17. *Nemo natus est in terrâ ut Ioseph, qui natus est homo,*
Præcepit fratrum, firmamentum gentis.
Cujus explicationem vide infra hâc
part. tract. 3. cap. ultimo.

Fuit secundò D. Iosephi nativitas, ut
dicemus infra tract. 2. secundum legem
Deuteronomii cap. 25. de suscitando
fratri sine liberis defuncto semine, per
fratrem in defuncti uxore. Atque adeo
fuit primò per istam legem præmedita-
ta & prædelineata ista D. Iosephi nativi-
tas, quandoquidem per legem quæ pro
illa lata est, fuerit primò ac principali-
ter intenta, ut dicebamus Prolud. 7.
num. 7. & 8. Secundò fuit adumbrata
per principiores ex illis, qui ex vi
illius legis nati sunt, maximè vero per
Obed quem genuit Booz ex Ruth
secun-

I.

II.

III.